



# **De ceruisia, eiusque conficiendi ratione, natura, viribus, & facultatibus, opuscolum,**


<https://hdl.handle.net/1874/451910>

3  
DE CERVISIA,  
EIVSQVE CONFI-  
CIENDI RATIONE, NATV-  
ra, viribus, & facultatibus,  
opusculum:

A V T H O R E  
*THADDAEO HAGECIO*  
*ab Hayck.*



F R A N C O F V R D I  
Apud heredes Andreæ Wecheli,  
M D L X X X V.



ILLVSTRI ET  
INCLYTO HEROI WILHEL-  
MO ROSENBERGIO, &c. PROREGI  
Bohemiae, suo Domino benignissimo,  
Thaddäus ab Hayck S. P.

**T**Si ego, dum illustri Celsit. T.  
Commentatiunculam de Cer-  
uisia offero, forte quibusdam le-  
uidense munusculum, aut valde  
tenue offerre videbor; verum  
tamen quicquid hoc tempore ex meo penu de-  
promo, illud tale esse non inquirerum aestima-  
tores statuant, quod neg, prorsus indignum &  
illiberale est me dare, neque Celsit. T. accipere.  
Si enim liberalis & generosi ingenij est uni-  
uersa natura consideratio: & si ea se se oblecta-  
re omnibus etatibus maximi quig, Reges con-  
sueuerunt; ac ego particulam quadam rei na-  
turalis, adeoq, illius, que venit in alimoniam  
multis populis, propono & excutio; non video  
certe, quaratione hoc meum munus pro inho-  
nesto, pro inutili, pro injucundo, & propterea  
à dignitate tua alieno condemnari vel possit  
vel debeat. Sed oggianient hic nasutiores qui-  
dam; & isti delicatuli, quotidianis assueti lau-

## E P I S T O L A

ticijs, inquietes: quid heroibus cum Ceruisia? conficiat eam plebs, & bibat: Medici de natura, viribus & facultatibus disputet; Domini vero ex ea amplissimum colligant vectigal. Esto sane; remoueat eam quis non modo è mensa, sed etiam ex tota sua ditione eyciat. Quis adeo vecors & barbarus fuerit, qui cognitionem illius conficienda, & naturae per noscendae illiberalem dixerit? præsertim cum haud sit obscurum, hoc genus potus plerisque etiam Regibus & Principibus, multisque Regnis & Prouinciis familiare, & non ingratum habitum esse; etiam venenum haberi. Quanquam autem Celsit. T. & à vino, & ab hoc generere potus à natura abstineat, contenta communione omnium animantium potu; tamen eam pro Ceruisia, ne in exiliū mittatur, veluti præ aris & focis pugnatur am, nullum est apud me dubium. Nec defutura sunt hic aliorum quoque auxilia. Nemo enim Ceruisiæ cocturæ aspernatur; nemo est, qui eam maximo studio & conatu non expetat: quod vel tot officinae Ceruisiariæ passim operose extructæ abunde testatur. Nusquam hæc visuntur collapsæ aut neglectæ: at fana quamplurima vel funditus euerfa, vel male sarta tectaq; passim spectantur.

Cre-

## DEDICATORIA.

Crebrius maltaria quam altaria fumos edere  
conspicimus: nimis quoniam, dicunt qui-  
dam, illinc lucrum, hinc damnum ad nos re-  
dit: Lucri autem bonus odor est ex re qua-  
libet. Homines, inquiunt, sumus; huma-  
nià nobis nihil alienum putamus. Utinā  
verò cum isto humanitatis prætextu plerique  
non etiam simul Atheismum induamus; mo-  
réj Lucianico scripta Mosis & Euangeliū, ad-  
eogā antiqui & noui fæderis tabulas, profabu-  
lis non reputemus. Ipsa itaque Ceruisia præ-  
paratio ob præsens, quod secum affert, lucrum  
à nemine non expeditur. At natura illius co-  
gnitio non nisi doctis, & naturæ rerum peritis  
plena & perspicua esse potest; quam vulgus  
Epicureum tanquam in nuda speculazione po-  
sitam, nullamq; secum perceptibilem afferen-  
tem utilitatem aspernatur. Quare in hoc  
libello & præparationem, & causas, unde na-  
tura Ceruisia penitus perspiciatur, exprimere  
sum conatus. An id sim asscutus, aliorum sit  
judicium. De me ipso aliud pronunciare non  
possum, nisi facultatem, non studium mihi de-  
fuisse. Ut autem hæc commentarer ante an-  
nos plures Clariss. vir, D. Iulius Alexandri-  
nus Archiatros Cæsareus, homo summi judi-

cij, summae humanitatis & eruditionis mihi  
author erat. Cum enim praeclarum illud opus  
de Salubribus, quod jam teritur in manibus  
multorum, adornarat; ac in eodem opere ali-  
quid etiam de potu frumentaceo, que nos Cer-  
uisiam vocamus, dicere vellet, rationem ejus  
conficiendi a me petiit. In quo cum ipsi, mihi  
amicissimo, ex animo gratificari cuperem; ne-  
que tamen mihi ratio parandi nota esset, acce-  
pta a Zythepsis simplici & rudi informatione,  
integratamen, quantum ad operis absolutio-  
nem spectat: mox ea Romano sermone expri-  
mere, causasq; ex natura petitas accommoda-  
re coepi. Cum autem commentando plura, ut  
sit, succurrerent; ac ego, ne cogitationis cursus  
interrumperetur calamo indulgerem, (quia  
nimirum in elimando facilitus superflua rese-  
cari, quam deficienia suppleri solent) ea com-  
mentatio in plures paginas creuit; quam tamen  
initio unica pagella me complexurū putaram.  
Rudem igitur illam & informem commen-  
tationē, ut tum nata erat, ipsi Iulio legendam  
dederam; ut ex ea de promeret, quæ suo insi-  
tuto seruire posse arbitraretur. Verum suo tem-  
pore plusculum noctus oīj eam aliquantulum  
expoliui, & in hanc formā ordinem ve libelli,  
qui

## DEDICATORIA. 7

qui sub nomine illustris C.T. prodit in vulgus,  
redegi. Potissimum autem rationem cōficien-  
dā Ceruisiæ triticeæ Bohemicæ descripsi. Alia-  
rum enim prouinciarum Ceruisiæ non usque  
ad eō mihi fuerunt cognitæ; nisi quatenus ab  
alii accepi, illarum præparationem in paucis  
ab hac nostra differre. Quod si aliqua erit no-  
tabilis dissimilitudo, non dubito, quin iij, qui  
bus nota fuerit, nostro exemplo scripto eā sint  
exposituri; ut omni ex parte naturæ Ceruisia-  
rum dignoscantur. Quod ut faciant, eos ma-  
gnopere rogo. Scripsit quædam de Ceruisia vir  
doctiss. Ioannes Placotorius: sed cum libellum  
non prius mihi videre contigit, quam meum  
absoluisset. Quid vterq; in eodem argumen-  
to præstiterimus, & vter veriora protulerit:  
egone qui Ceruisiarum temperamentum cali-  
dum & humidum esse pronunciauerim; an ille,  
qui calidum & siccū asseruerit: quam item  
rectè in causis sūm philosophatus, aliorum judi-  
cio & censura me libentissimè subiicio; præ-  
sertim verò eorum, qui non ex opinione &  
auditu de natura Ceruisiarum huc usq; pronun-  
ciauerunt, sed ex illius quotidiano usu vim &  
naturam plenē didicerūt & experti sunt. Sa-  
pe enim audiui viros alioqui præclarè erudi-

tos, cum in Ceruisiarias regiones venissent, hoc potionis genus mirificè insectatos esse. Abiebant illud à mensis tam sanoru quām agorū. Ac, quod id à peregrinis esset factitatum, non ita mirū est apud me; quām quod domestici quidam, & in ipsis, ut ita dicam, facibus Ceruisiariis nati & enutriti, ubi gulam proluerunt peregrino potionis genere, domum reversi, in patriū potum calamum stringere austuerint. Sed retulerunt justas suæ ingratitudinis pœnas. Accidit enim in quadam celebri Repub. cùm quidam scripto edito vituperasset patrum potū, non in vulgi solum, sed etiam in puerorum tantā indignationem, tamq; graue odiū incurrit, ut ab illorum cœtu collecto, quotiescunq; in foro & plateis osor ille conspicatur, grauiissimè impeteretur. Hanc nostram cōmentationem ante plures, ut dixi, annos cōscriptam expetiuerant multū ac sepe quām plurimi; ac cū primis illustris C.T. quæ oblatū sibi à me manuscriptum exemplum, illudq; donatum & consecratū detinuit apud se per mēses plus nouem: legit & cognouit, sibiq; mirificè probari, cupereq; ut euulgetur, significauit. Cujus optimæ voluntati libentissimè satisficerem jam dudu; nisi interea plurima & va-

## DEDICATORIA.

ri a intercidissent, quæ quo minus ea cōmentatio cōmuni luce frueretur, prohibuerūt. Nunc demū omnibus impedimētis sublatis, solutisq;<sub>s</sub> vinculis, sub C. T. auspicio prodit in aspectum publicum. Quare quē manuscriptum libellum olim Celsit. T. obtuli, donauī; eundem nunc typis excusum euulgatumq;<sub>s</sub> offero, dono & dedico. Neg<sub>s</sub> aliud quicquam abs T. C. peto, quām ut moram istam euulgationis boni consulere velit, cogitareq;<sub>s</sub>, istius moræ causam etiam proprium genium libelli fieri potuisse. Cū enim in Aula olim natus sit, unācum ortu suo idiopathiam illam aulicam secum attulisse, credibile est: tarde, videlicet, admodū & difficulter responsa dandi; tardius vero & spissius promissa, & jam definita exequendi. Neg<sub>s</sub> dubium est, quin T. C. hunc libellum, bonam partem almonia in quam plurimis Regnis & Prouincijs tutantem; unde questus uberrimi, aut saltem non contemnendi prouident; unā mecum clementer tuendum sit suscepturna: imo, ut id faciat, eam etiam atque etiam cum omni summissione officiosè rogo.

Bene & feliciter valeat T. C. Praga ex a-  
dibus nostris. i Febr. anno reparata  
salutis. 1585.

*De potuum generibus*

CAP. I.

**R**IA sunt in vniuersum potum genera, quibus omnes homines vbius terrarum, tam sani quam ægri vtuntur: Aqua, Vinum, & Cereuisia. quorum singula in plurimas diducuntur species; & ha multum à se inuicem forma, parandi ratione, denique viribus & facultatibus differunt. Ac ut de aqua potabili simplici initio dicam, ea ab initio conditi orbis, vsq; ad Noha illum præconem iusticiæ, communis erat potus omnib. animantibus. quo quandiu vtebantur homines illius saeculi, simplicique cibo contenti erant, ignari Apicianarum lautiarum & obsoniorum, ad mille propemodum annos vitam producebat. Aqua enim cum ad vitæ longitudinem, tum ad valetudinis cōseruationem plurimum confert. Post diluuium autem, ipso Noha omnium primo vineam plantante, & per hunc usu vini innotescēte, cum ante nec vitis, nec vini, vlla fuisse mentio, decuplo propemodum dies vitæ abbreviatus esse animaduertimus: non aliam forte ob causam, quam quòd isto genere potus plurimi, absque discrimine sexus & ætatis, & absq; modo vterentur; vt non frustra Salomon videatur conquestus, plures crapula quam gladio perire. Quid si circumstantiae cōsiderentur patefacti

tefacti vsus vini, inueniemus potum hunc non omnibus passim fuisse liberū. Nam Deus Nohæ iam seni, & annis grauato, hoc nouū genus potionis & inusitatum ostenderat: vt naturā suam labefactatam & quasi laxatam, tum curis molestisq; grauissimis, quas pertulit in arca, audiens clamores, cialatus, & interitum miserrimū universæ terræ, tū mole & diuturnitate laborum, quam sustinuisse illum oportuit in arca, in alendis & curandis tot animantibus toto illo diluuij tempore, irrigatione suavi, bene nutritente, & vires languidas reficiente restauranteque potu, quodammodo reficeret, recrearet, confirmaretque. Senes enim duabus potissimum rebus, teste Solone, delectari consueuerunt: Bono viño, & suavi colloquio doctorum. Hinc illæ leges manasse videntur, ut adolescētes ad duodecimēsum annum, feminæ autem per totam vitam vino abstinerent; quarum illa Athenis, ut est apud Platonem & delegibus: hæc verò apud veteres Romanos religiosissime obseruabatur. Inuento ergo vsu vini, aqua, communis (vt ante dixi) omnium animatiū potus, paulatim sperni cœpit & negligi, tanquam pro beluis, nō pro hominibus creata esset: Vinum vero, veluti verissimum Nectar, ab omnibus expetebatur. Habebat tamē & illa suum locum. Scribit enim Iulius Frontinus, Romanos fuisse cōtentos per annos 440 vsu aquarū: quas aut ex fluvio Tyberi, aut ex puteis, aut ex fontibus hauriebanr. Imo & hodie quoque popellus, infimaq; plebs,

eandem Romæ, ita ut ab a sellis gerulis importatur, bibit. Sed delicatores opulentioresque aquam illam Tiberinam in grandibus vasis fictilibus, in cellis vinariis afferuant: quæ incorrupta durat, non in dies solum multos, verum in menses & annos. id quod mirum cuique videri haud immerito possit. Sed ars quædam pecularis habetur conseruandi illas aquas: quæ priscis illis saeculis prorsus fuit ignota. Eo enim modo, ut diximus, reposita, celerius opinione liqueficit, ac subsidet, potuique & cibis idonea efficiatur. Legimus etiam Reges Persarū, qui postea amissio imperio Parthi sunt dicti, solos ex Choaspes amne bibisse: imo & ex Eulæo, qui Sufarum arcem, ubi vetus Persarū Regia, circuit, eosdem Strabo bibisse existimat, propter leuitatem. Denique Agathocles, apud Athenæum, meminit cuiusdam aquæ, quam auream Persæ vocabant, cuius essent scaturigines 70, quā nulli, præter Regem, eiusq; filium natu maximum, bibebat: quia potus eius capit is periculo interdictus fuit. Cum autem temporis progressu simplicis aquæ potatio vilesceret; & iam etiam à pluribus vinum expeteretur; ab omnibus tamen haberim minime posset; siue ob illius raritatem ac penuriam, siue etiam ob ignorantem culturæ, & agriculturæ; siue ob locorum vinis ferendis incommoditatem: quod nec cœli nec soli haberent satis: & quia non omnis fert omnia tellus: fortasse etiam inuidia æmulatio neque glacente; quod alij tam suaui, iucundo,

&amp; vi-

& vires mirifice restaurante confirmanteq; potu, veluti diuino nectare, vterentur; ipsi vero eo carerent, communi cum brutis vrentes potionē: in defectu tam salutatis liquoris, animo versare cœperunt, quomodo aliqua saltem in parte vinum æmularentur. Itaque à simplici aquarum vsu ad compositas, & arte mangonizatas conuersi sunt: quarum infinitæ propemodum sunt species & differentiæ. Eas qui volet cognoscere, Plinium lib. 31, cap. 2, consulat. Hodie apud Turcos, qui, ex lege sui Mahometi, à vino abstinent, Saccharata in vsu est: qua ipsorum Rex, cum suis proceribus, vtitur: & non secus, ac nos generosissima quæq; vina, in deliciis habere dicuntur. Est etiam aqua alia mellita, alia ex lacte & melle confecta, plurimum inebrians: quibus Lithuani, Rutheni, Moschouitæ, & Sarmaticæ gentes, vtuntur. Sunt qui ex auena etiā potum, cerebrum nimium percellentem, præparant: alijs ex hordeo, milio, aniso, fœniculo, passulis, aliisque id genus vel seminibus, vel fructibus, vt pyris & malis, vel etiam plantis & aromatis conficiunt: idque aut per coctionem, macerationemque, aut per destillationem: quas singillatim explicare, non est præsentis instituti. Vinarorum etiam genera, species, formas, illorumq; differentias sumptas à colore, odore, sapore, conditura & parandi ratione, viribus item & facultatibus, non persequar hoc loco. Videatur de his Plinius lib. 14: Galenus lib. 7, 8, 12 Methodi: item 5 de Sanitate tuéda, ybi copiose de his

differetur. Persistam igitur in eo genere pos-  
tus, quod aquam habet subiectam: quam variis  
qualitatibus imbuere homines conati sunt: ut  
hinc quoque mirificum hominum studium in-  
tuere liceat: quod hi in inueniendis, concinnan-  
dis, ac palato accommodandis potuum generi-  
bus, nihil non tentasse videantur: imo nulla in  
parte operosior videtur, & olim fuisse, & etiam  
num esse vita humana, quam in effingendis po-  
tuum generibus: tanquam non saluberrimum  
ad potum aquæ liquorem dederit natura, quo  
cætera omnia animantia vtuntur: id quod Pli-  
nius quoque lib. 14, cap. 22 testatur, quando scri-  
bit: homines non segniter in eo laborasse, inge-  
niumque veluti ostentare visos esse, dum ad bi-  
bendum 195 genera potuum; si species vero  
æstimentur, pene duplaci numero, excogitarūt.  
Plurima vero potuum genera ex illis vel peni-  
tus interiisse, vel obliterata esse, nullum est du-  
bium: sicut vicissim noua & antea inaudita se-  
quentibus ætatibus, & nunc etiam ætate nostra,  
excogitata, in usumque hominum prodita esse,  
nemo inficias ibit.

*De varia appellatione illius potus, qui ex granis  
frumentaceis conficiebatur olim, & nunc  
quog<sub>3</sub> conficitur CAP. II.*

**D**E eo genere potus scripturo quod ex  
qua communi, frumento & lupulo artifi-  
ciose conficitur, ac usitato vocabulo Cere-  
nifia

visia nominatur, initio ratio istius appellationis explananda videtur: tum definitio, quæ rem ipsam explicet, constituenda, partesque ipsius, causæ, ac vniuersa parâdi ratio, quemadmodum & effectus, seu officia excutienda: vt inde vniuersa Cerenisiarum natura, vires & facultates ipsarum, liquidius dijudicari, cognoscique possint. & hic vnicus & postremus nostræ tractationis scopus est.

Cereuisiæ itaque appellatio sumpta esse videtur à Cerere, olim Dea, & inuétrice frugum: quæ & ipsa sæpiissime pro ipso frumento, seu etiam pane, sicut Liber pro vino, per Metonymiâ denominatur: quasi dicas potum frumentaceū. Quando verò appellatio Cereuisiæ primum natâ, quomodòve ad nos vsque propagata sit, definire difficile est. Nam etsi à Cerere, vt dictū est, originem suam sumplisse nullum sit dubiū: tamen vnde reliqua particulæ adiectio irrepserit; ipsiusque integri nouique nominis Cereuisia vnde denominatio orta sit: qui id declarauerit, audiui neminem. Itaque quid *Visia*, aut cuius linguae vocabulum sit, me ignorare confitebor libeter. Cōstat nec Græcum esse, nec Latinum, nec Italicum, nec Hispanicū, nec Gallicum, nec Germanicum, nec Slauicum vel etiam Hene- tum: & tamen apud solam Germanicam & Ha- netam gentem Latini nominis appellatio cum ipsa rei possessione, ad hæc vsque tempora per- seuerat, nisi fortè dicere velimus, à viribus Ce- teris sortitam esse illam appellationem, quod

Cereris, seu frumenti vis tota in aquam sit incocta. Sed haec missa faciamus: neque de notatione istius Ceruisiae appellationis disputemus scrupulosius: siquidem constat omnibus, quid eo nomine intelligamus. Ut sit igitur, nomen hoc, quo cunque tandem authore inuenitum sit, multo recentius esse videtur ipso potu frumentaceo antiquissimo. Nam Aegyptios primos huius potus authores fuisse, non usq; adeo longo decursu annorum post obitum Nohæ, scriptores testantur. in hoc tamen istorum discriminatae sunt sententiae, quod unam & eandem rem, seu unum illud potionis frumentacea genus, non uno nomine vocauerint. Nam potum ex hordeo confectum appellabant Zythum, ut & Theophrastus, & Plinius lib. 22, cap. 25, auctor est, ubi in haec verba scribit: *Ex frugibus sunt potu, Zythum in Aegypto: Celia & Ceria, in Hispania: Ceruisia, & plura genera, in Gallia, & hisque prouinciis.* Græci verò varias illi indiderunt appellationes. Vocauerunt enim οἶνον κριθον, id est Vinum hordeaceum, ex hordeo confectum potum. Eudem Aristot. (Athenæo teste) πίνειν vocavit. vnde nostris Bohemis, & genti Slavicæ, appellatio deducta esse videtur, qui verba lingua omnē potum frumentaceum *Piwō*, & οἶνον *Wino* nuncupant. Etenim nostrū idioma cum Græcis magnam habet affinitatem: quam cum ipsis comparasse videtur ob vicinatem & consuetudinem, dum in Paphlagonia, Galatia, & Asia minori, domicilium habuisset,

ante

ante bellum videlicet Troianum, & lōgō quām  
in has, quas nunc incolit regiones, commigras-  
set. Cuius rei vel hoc indicium est, quod pluri-  
ma vocabula, numerus dualis, figuræ locutio-  
num, & alia nobis cum Græcis sint cum eadem,  
tum communia. Verū hæc non huius sunt in-  
stituti. Sunt alij ex Græcis, qui eundē potum  
hordeaceum βρύνη dixerunt, vt Sophocles in  
Triptolemo, & Hecatæus in Europæ periodo,  
vbi Πάονας βρύνη ait bibere ex hordeo, ζελίω  
verò ex milio & conyza. Diodorus Siculus Zy-  
thum non solum in Ægypto, sed in Galatia quo-  
que fieri affirmat his verbis: *Tanta est Galatia  
aeris frigiditas, ut neque vinum ea regio, neque  
oleum producat. Quare coacti homines, potum  
sibi ex hordeo componunt, quem appellant Zy-  
thum.* Dioscorides etiam duo genera potus ex  
hordeo olim facta fuisse tradit: quorū alterum,  
Zythum; alterum, Curmi nominat. Sed nec is,  
nec vllus veterum aliquā laudem illi potui tri-  
buunt, nec etiam quānam illius parandi ratio  
fuerit, describunt. Quo fit, vt neque conjectura  
quidem assequi possimus, quantum nostra con-  
ficiendæ Ceruisiae ratio à prisco illo frumenta-  
ceo potu differat. Hoc tamen habent commu-  
ne, quod ex hordeo & aliis granis parantur. Sed  
facile adducor vt credam, in parādi ratione plu-  
rimum nostram ab illa veterum differre. A-  
uerroës etiam, qui vixit circa annum Domini  
1160, in suo colligit lib. 6, cap. de diminutione  
cibi, meminit Ceruisiae: quam confici solitā tuo

tempore dicit ex passulis, cū nucleis & sine nucleis: sed hāc quæ sine nucleis siebat, meliorem esse senibus. Item laudat veterem Ceruisiam, & quæ habeat colorem Vini: *Sicut, inquit, Ceruisia, quæ in nostra terra fit, vetus non appellatur, nisi spacium sex mensum transcendat, & in minori tempore non est conueniens conseruationis sanitatis.* Sic Auerrois ætate Ceruisia tota substātia diuersa fuit à veteri illa & moderna: ut quæ non ex granis frumenti, sed passulis siebat. Est itaque Cereuisia potus ex aqua, Cerere seu frugibus, & lupi salictarij floribus, coctione artificiosa confectus, ac ritè defecatus: ut corpora humana, natuō humore ob continuum effluvium exhausta, rursus vtili irrigatione restaurantur refocillenturque: denique satis fiat natuā ad sitim restinguendam.

*De electione frumenti, eiusq; in Maltum, seu Pollentiam, seu Bynum, præparatione, ad Ceruisiacolituram. CAP. III.*

**E**XPLICATO nomine Cereuisiæ, eiusq; ad ducta definitione, iā accedemus ad ipsam cōficiendi rationem, omnibus ad eam necessariis rebus expositis. Dicemus autem in primis de forma cōficiendæ Cereuisiæ triticæ seu albæ: vt pote cuius usus per vniuersum Regnum Bohemiæ & Poloniæ, imo etiam in quibusdam Germaniæ prouinciis & urbibus, assiduus est. Nam ad formam illius mutatis paucis, omnes

omnes reliquæ Cereuisiæ patantur, siue hæ sint  
triticeæ, siue hordeaceæ, aut mixtae. Quando  
igitur Cereuisia ex tritico arte paranda est, pri-  
mum omnium triticum eligitur optimum, no-  
bilissimum, præstantissimumque, & quod pon-  
dere & nitore cæteris præstat: quale hybernus  
esse consuevit, & Columella *Robus* appellatur.  
Nā illud quod mollius, leuius & laxius est, huic  
vñsi non est accommodum, nec vñquam ad co-  
cturam Cereuisiæ assumitur. Acceptis igitur  
xx choris, seu modiis, mensuræ Pragensis: (tot  
enim pro vna coctura accipiūtur ad xxxiiii va-  
simplenda: quorum singula quatuor vrnas ad  
sumnum continent) id per biduum, aut tridu-  
um maceratur aqua fluuiatili aut fontana in al-  
ueo grandi, lateribus constrato: donec & clua-  
tur, & humectetur, & sufficienti maceratione  
intumescat. Circa quam macerationem etiam  
aqua delectus faciendus est. siquidem fluuiatili  
aqua, quæ mollior est fontana & puteali, citius  
humectatur madescitq;. Ideo diligenter cauen-  
dum, ne nimium quām par est, permadescat.  
Causa autem macerationis hæc potissimum ef-  
se videtur, ut tacita & intimius recondita in gra-  
no arefacto vis, moderata maceratione per vni-  
uersum granicorpus sese expromat, diffundat,  
dilatetque. Dico autem expresse, *moderata*  
*maceratione*, ne videlicet vniuersa vis frumenti  
tenuiorisq; substantiæ quidpiam in accommo-  
datum humorem transfundat, si diutius, quām  
vñs & res postulat, permadescat: quod alias in

medicamentorum infusionibus expetimus; in quibus eas præcipue vires, quæ in tenuiori substantia consistunt, elicimus. Fit etiam hæc frumenti maceratio frigida aqua, nō calida, aut tepida, neq; in tepido loco, sicuti in medicamentis: ne caloris beneficio, vis grani in ipsam aquā promptius exorbeatur. Macerantur item grana frumenti integra, non confracta: ne videlicet integra grani vis facilius dissipetur: sed intracarnem substantiamque illius contineatur. Vbi ad sufficientiam permaduit intumuitque, transponitur in paumentum seu tabulatum siccum, sæpiusque spathis, palisq; ligneis versatur, in hunc potissimum usum, vt frequenti illa dispersione dissipationeque calorem quendam intra se se concipiat; & humorem, quo initio permaduit, aliquatenus exuat. Tū verò incipit suauem spirare odorem, protrusis resolutisque ab interno tritici calore halitibus. Quare confestim in aceruos planos cogeritur: ne, si sparsim disiectum iaceret granum, conceptus intro callor facilè expuat: verum firmius retineatur, intendaturque. hic labor bis terque repeti consuevit. Quod dum fit, tum vi & efficacia iam dicti caloris grana frumenti dissilire, & germina tenui, instar capreolorum seu fibrarum, protrudere incipiunt: quibus se se mutuo grana complectuntur. Hic verò iterum diligentem cum ram Zytheplæ, seu Cereuisiarij, adhiberi cupiunt: germinet: adeoque vim suam præcipuam, sua illa

illa germinatione, emitat. Mandat igitur subito illud palis ligneis verti dissipariq; ex aceruis: vt, refrigerato aliquantis per grano, & prepeditatur germinatio, & quæ grana fibris ex madore enatis mutuo adhaerunt concreueruntq;, ea rursus illa dissipatione, euentilatione q; disiungantur distrahanterque. Hic labor summe est necessarius: diligenterque animaduertere iubent, ne quidpiam vel prætermittatur, vel segnius in eo opere laboretur; indeque accidat, vt ipsum granum, vel quam par est, ipsaque res postulat, in germen diffluat: vel, quod facillimè accidere posset, situm contrahat. Dissipato euentilatoque frumento, transponitur id, distribuiturque in ligneos crates, desiccaturque moderato calore, succensa fornace, in officina polætaria seu Maltaria, lignis quernis, aut betuleis, vel etiam fagineis: vt plurimum autem querna huic usui accommodare consueuerunt: ac saepiuscule in illis cratibus vertitur, lentoque, vt dictum est, igne torretur. Cuius siccationis, seu tostionis is potissimum usus esse cognoscitur, vt & facilius mola coteri possit, & aliquid acrimonia: seu empyreumatis acquirat: vt item flatulentum spiritum, quem intra se concepit ex maceratione præterita, totoque eo labore, de quo dictum est, dissipet: ac ex illa leui torrefactione aliquid siccitatis contrahat, efficaciusque deterget. Cauendum autem hic iterum est, ne, in desiccatione illa, vel aduratur, vel saltem nimium concalescat, rufedineq; imbuatur. Hoc

modo præparatum triticum, seu etiā hordeum, nouam incipit sortiri appellationem. Iam enim non triticum aut hordeum, sed polenta non cōmolita, seu *Bynum*, vt Aētio placet, vocatur. Nam is hordeum, dicto modo præparatum, ita appellari vult: quam appellationem non iniuria ad triticum nostrum transferre possumus. Germani hanc polentam *Maltz*, vnde quidam Maltum; sed Bohemi *Slad* à dulcedine nominant. Post iam dictam torrefactionem, accedunt duo Zythepsæ, seu Ceruisiarij, & Bynum palis rutellisq; ligneis dispergunt & euentilant. tertius leuiter aqua conspergit irrigatq; in hunc præcipue finem, vt & aliquantulum refrigerescat granum, & ab expiratione utiliū halituum prohibetur: imo vt vis interna grani circumstante frigore contineatur exciteturque. Mox in aceruos colligitur, scopisq; conuerritur. in quibus ita collectum relinquitur, vt quiescat, caloremque intra se cōceptum retineat ad duas vel tres horas. & hunc laborem, duabus aut tribus illis horis elapsis, iterum repetunt. In illa irrigatione cautè agendum, ne nimia fiat. nō posset enim mola conteri: sed inquinaretur solū in molendo pulmenti instar. Usus irrigationis hic est, ne videlicet pars præstantissima grani exhalet euaporetque, ac deinde in commollitione aliquid pollinis euoleat. Quæ enim exacte sicca seu tosta pinsuntur commolunturque, tenuem puluisculum lapidi molari & parietibus adhærentem ex se spargunt. quod ne fieret, neque quic-

ue quicquam è potiori substantia in ipsa cōmolitione deperderetur, in qua nō subtilis pollen, seu farina requiritur, sed ipsa rudior crassiorq; contritio, aqua irrigari consueuit. Hocigitur Maltum, Bynum, seu polenta non commolita, saccis frumentaceis imposita, deuehitur in molendinum ut conteratur mola, in farinam crassorem: qualis olim dicta est, vel *κριπτόν*, vel *polenta*. Nominabis illam iisdem nominibus, addito, differentiæ causâ, cuius farina illa sit, puta Crimnon triticeum aut hordeaceum, vel polenta triticea, hordeacea commolita: item maltum seu Bynum triticeum vel hordeaceum cōmolitum: aut item simpliciter farina crassior triticea seu hordeacea. Hanc farinam aurigæ Ceruisiarij ex molendino aduehentes, maxima læticiæ signa edunt, proclamâtes voce stentorea, *Polenta, polenta*: vel quod propediem sint habituri quo aqualiculos suos ex grandibus illis &c multum capacibus Zythophoris, nō sorbillando aut pitissando, sed largè admodum infundendo expleant distendantque: vel quod, sicut vredarij aut Pegasei illi cursores inflato cornu seu buccina signū dant suæ aduentationis, monētq; vt absq; mora aliquos recentes equos adornēt: ita isti aurigæ vociferatione sua signū dant Zythepis, monētq; vt præsto sint ad tollendā polentā contritam. Atq; hęc est necessaria primo tritici præparatio in polentam commolitā: ex quā demum Ceruisiæ coctio, modo, qui in sequentibus exponetur, instituitur perficiturq;

*De preparacione Cremoris polentiae ad  
Ceruisia cocturam. CAP. IIII.*

PRINCIPIO in aheno ampio ceruisiario ad Ceruisiæ cocturam tantummodo destinato, fornaciq; imposito, aqua fontana quām optimè decoquitur: ac ita feruens in grandes illas, amplissimæque capacitatis Cupas, seu cados transfunditur: statimq; ahenum alia frigida aqua repletur, & similiter decoquitur, trāfunditurq; quod fit quaterna repetitione. Mox in illam aquam feruentem coniicitur polentæ commolitæ, quantum satis est, & conluctudo obtinuit ad vnam Ceruisiæ cocturā. Non enim eadem polentæ & aquæ mensura vbiique obseruatur: sed in quibusdam vrbibus polentæ plus, in aliis minus accipitur. Inde fit, vt Cereuisiæ non eundem bonitatis gradum teneant: sed aliæ sint meraciōres, dilutiōres alię. In vrbē Pragensi pro vna coctura accipiunt polentæ mola contractæ mensuras xx, seu medymnos Pragenses: aquæ verò tantum, vt post absolutā Cereuisiæ cocturam xxiiii orçæ, seu vasa cōmunia Cereuisaria impleri possint. In vrbē Iglauia Moraviæ, vbi potior Cereuisia paratur, & Vienam etiam deuehitur, ex lii mensuris polentæ centum vrnas Cereuisiæ cōficiunt: & adiiciunt lupuli mensuras sex, aut minimum quinq; unde saporem amariuscum contrahit. Iniecta ergo polenta, vt dictum est, in aquam feruentem, spathis & rutabulis ligneis diligentissimè fortif-

fortissimeque agitatur, permisceturque: vt fer-  
uido suo calore omnem polentæ substatiæ &  
vix exactè in se recipiat, exhaustat, exorbeatq;:  
ac veluti in chylum quendam, seu sorbitonem,  
seu cremorem viscidum, lendum & glutinosum  
vertat. Quod vt facilius fieri possit, in hūc vsum  
polenta in crassiorem farinam confracta est.  
Huius tremoris pars aliqua, extracto epistomio  
è fundo Cupæ, obiecto foramini colatorio ex  
stramine contexto, (ne quid vnâ cum tremore  
etiam polentæ efflueret) in subiectum alueum  
demittitur: indeque illius circiter ad duas vrnas  
inicitur in Caldarium: adiunctaque iusta por-  
tione polentæ, ex cado desumptæ, validissimo  
igne percoquitur. Percoctum, rursus ex Calda-  
rio transfunditur in priorem cadum: permisce-  
turque tremori, cum polenta illic relicto. Hinc  
statim iterum eodem tremore repletur ahenum,  
coquiturque eadem ignis vi, vt prius: ac eiicitur  
in cadum: & tertio refunditur elixaturque, vt  
dictum est. Postremò puro tremore, qui dulcis  
est, ahenum & alueus seu canalis eluitur. Hæc  
est tremoris iusta & omnibus numeris absoluta  
præparatio: quæ consistit maceratione, & terna  
elixatione. Iam non est difficile, etiam causas  
huius præparationis considerare, præsertim, si,  
quæ initio de maceratione integræ tritici in aqua  
frigida, diæta sunt, reuocentur in animum, con-  
feranturque cum hac confractæ polentæ in a-  
qua feruida maceratione: quibus hæc solum-  
modo addenda, dissoluendaque esse videntur;

cur post exactam macerationem polentæ, cre-  
morisq; extractione, terna adhuc superaddita  
sit eiusdem cremoris elixatio? an non macera-  
tio omnem polentæ vim, tenuoremq; & po-  
tissimam illius substantiam exhauserit, in liquo-  
remque transumpserit, reliqueritq; in polenta  
solùm partes crassas, terreas, & inutiles? Præ-  
terea, an tot elixationibus partes tenuiores in  
cremore in vapores resoluantur, relinquuntur  
que crudæ & inutiles? Ad quæ dubia sic ego, sal-  
uo meliore iudicio, respondendum esse existi-  
mo. Etsi maceratio præcesserit, tamen, quia  
succus, seu tremor polentaceus, inuariatus &  
inalteratus, qualis in ipso corpore polentæ in-  
uentus fuerat, extractus est: necessarium vide-  
batur, vt is per elixationem maturaretur, inque  
absolutum maturationis terminum deducere-  
tur, & nostro usui commodior redderetur. De-  
inde, quia partes tenues ex substantia lenta &  
viscida polentæ, adeoque vniuersa illius vis non  
potuisset sufficienter maceratione illa elici; &  
ob hanc causam additam esse elixationem seu  
decoctionem, non solùm ut vniuersa polentæ  
substantia, ac latens interna vis & facultas euin-  
catur, quæ in liquoris substantiam tota commi-  
grat: verùm etiam crudus humor & redundans  
maturetur altereturq;. Postremd, dico, in cre-  
more polentaceo tenuiores partes coctione nō  
tam facile dissipari euanescereque, vt in aliis re-  
bus accidere videmus: præsertim in Rhabarba-  
ro & similibus, in quibus vis purgandi, quæ in  
parti-

partibus subtilioribus dissipabiliꝝ substantia cōsistit, coctione quidem pauca euocatur: multa verò, vel etiam diutina aſſeruatione tota plerunque dissipatur disperditurque. At in cremore, quoniā partes illæ tenuiores & aqueæ semper alicuius lensoris & visciditatis ſunt partici- pes, propterea neque facilè exhalare poſſunt, neque, etiamſi illarum quidpiam exhalet, ali- quid de viribus & facultatibus decedit diminui- turque. Nam tota vis, & facultas polentacea, in crassiore natura, lenta, glutinosa & viscida inhæret, & altius demersa eſt, quæ non, niſi coctione valida in accommodatum liquorem euocari poſteſt. Sicut etiam idem fieri videmus, in *Musto & Sap *; quæ, quo magis decoquun- tur, eo magis viscoſitas in illis augetur. Hanc igitur ob causam hic quoque terna & valida cre- moris cum polenta adhibetur elixatio.

*De additione lupuli, qui dat  
formam Cereuifia.*

CAP. V.

**H**A C T E N V S de absoluta cremoris polenta: hei præparatione dictum eſto: reſtat, vt reliquam partem persequamur, quæ cōſiſtit in additione lupuli & Cereuifia fermenta- tionē. Excocto igitur cremore, eoq; omni in cupam illam transfuso, aperto cupa epiftomio, aliqua eius quantitas defluere permittitur in

subiectum alueum, indeque rursus immittitur  
in ahenum: in quod iniiciuntur duo chori flo-  
rū lupi salictarij, ac lento igne friguntur ad con-  
sumptionem ferè infusi tremoris. Hic vero ite-  
rum vigilantem decet esse Zythepsam, vt lupu-  
lum ritè frigat, & nō adurat; vnde deinceps vel  
amaresceret Cereuisia, vel fumum empyreu-  
maq; redoleret. Deinde in illum lupulum fri-  
gatum, in ahenoq; relictum, per adhibitum ca-  
nalem tantum tremoris imponitur, quantum  
ahenum capere potest: permittiturque, vt ali-  
quandiu effervescat, donec omnis lupuli vis &  
facultas in ipsum tremorem fuerit translata.

Quod reliquum est Tremoris in cado, seu cupa,  
id omne per sāpe nominatum epistomium ca-  
di demittitur in subiectum alueum, ex eoq; rur-  
su transfunditur in alias cados. Quod dum fit,  
interea Zythepsa insilit in dictū cadum tremo-  
re iam vacuum, ac quisquilius polentaceas in eo  
relietas spatha lignea subruit & inuertit: inde  
mox tremorem lupulaceum ex aheno seu cal-  
dario scaphis auferri, & per calathos seu corbes  
colatorios in reliquos cados seu tinas, in quas  
tremor polentaceus distributus fuit, transfun-  
di & percolari mandat. Cauēdum autem hīc est  
diligentissimē, quando tremor ille in plures ti-  
nas seu dolia diffunditur, ne in eisdem perfrige-  
scat emoriaturque: quod potissimum hyberno  
tempore accidere consuevit. Quare tempesti-  
nē omnis ille tremor in vnū cadum colligi con-  
suevit: aut, siquidem astrium tempus est, in va-  
rios

rios cados diffunditur, asseruaturq; aliquantulo  
spacio temporis, donec refixerit.

*De additione facum seu crassamentorum*

*Cereuisiarum. CAP. VI.*

**I**LLE ipse tremori in unum cadum aut plures collecto, quando adhuc iustum temporem retinet, statim affunditur mensura dimidię propemodum vrnæ facum seu crassamentorum Cereuisiarum, quæ Cereuisia, iam in sua vasæ distributa eiicere, dum efferuerescit, solet. Hac per mixtione facum veluti plantatur aut cultiuatur Cereuisia, fitq; ex agresti domestica.

*De infusione Cereuisia in series.*

*CAP. VII.*

**I**AM verò illam Cereuisiam ex illis cadis duobus bauli cereuisiarij visitatis suis scaphis seu vrinis, traiecto per duo foramina scaphæ vecte, & humeris imposito, auferunt, ac vasæ cereuisiaria (quæ ab autorib. antiquis seriae, seu orca vocantur: & sunt oblonga, capacia ferè vrnarum quatuor) suo loco & ordine disposita, implent. Hordeacea tamen Cereuisia in picata infunditur vasæ. In his vasis tum primum Cereuisia defæcari & ebullire, ac fæces illæ vim suā ad actum deducere incipiunt, adeò ut omnem illum locum, in quo efferuerescit, vaporibus velutidensis nebulis repleat: in quem si quis forte tū incau-

tus ingreditur, subito præfocatus concidit. Ut verò citius deferuescere Cereuisia possit, solēt, præsertim hyberno tempore, prunas in eo loco collocare. Porrò in illa ebullitione crassamēta, quæ foras per superius vasis orificium eiiciuntur, suppositis alueolis excipiūtur: & nominantur lupulariæ fæces, seu prima excremēta; quoniam multum secum lupuli trahunt, suntque ipsius beneficio amarissimæ. Omnes autem hæ fæces effunduntur in vnu dolium: in his supernat spuma alba, instar lactis, quæ colligitur patinula lignea foraminibus paruis pertusa, & seorsim reponitur. Est enim veluti gluten quodam, & seruit pileatoriis, ad incrustandos pilicos. Collectis & purgatis a glutine fæcibus lupulariis, illæ eadem rursus ordine in singula vasæ, Cereuisia repleta, refunduntur, ac Cereuisia ab illis secundò ebullit, eiicitque materiam fæculentam, spissiorem aliquanto priori. Hæ fæces nominantur secundariæ, estque earum usus ad defæcandam Cereuisiam recens coctā, item ad panificia, omnisq; generis placentas nostræ genti usitatissimas, fermenti vice.

*De transuētione Cereuisia iam ad bibendum apta. CAP. VIII.*

**Q**VANDO igitur plenè deferbuit, defæcata que fuerit Cereuisia, & nihil amplius faciūt appareat, (quod fit æstate spacio tridui, hyeme dierum sex) facta est idonea ad bibendum,

bendum, & pincernis, ciuibusque passim distri-  
buendum. Sed quoniam ob fenuorem aliquid  
Cereuisiæ exundauit disfluxitq;, hic adhuc po-  
stremus labor Zythepsæ incumbit, ut curet o-  
mnia vasa esse plenissima. Quare relinito uno  
vase, ex eo reliqua omnia replentur, operculoq;  
obstructorio diligentissimè obturantur: ac iam  
tandem ea ipsa vasa Cereuisiæ plena aurigæ ce-  
reuisiarij deuehunt, distribuuntq; inter ciues &  
pincernas, vt dictum est, ad eam liberè, & cum  
magna voluptate coronandam.

*De consideratione causarum in adiectione  
lupuli. CAP. IX.*

**Q**UONIAM de causarum cōsideratione cir-  
ca adiectionem lupuli, ob susceptū nar-  
rationis cursum non potuit commodè  
disputatio instituti: quare de his quādam seor-  
sim hoc loco in medium afferenda esse existi-  
maui. Lupulus est is, qui dat veluti formam Ce-  
reuisiæ, & facit non modo vt sit Cereuisia, sed  
vt benè sit, duret, salubrisque sit bibentibus.  
Cum enim lupulus, cuius floribus tantummo-  
dò in hoc negocio vtuntur, temperaturę sit cali-  
da & siccæ in secundo ordine, (vt amaritudo i-  
p̄ius, grauisq; ille odor, quem spirat, indicat) ac  
cremor ille polētaceus toties percoctus, lento-  
rem & visciditatē quandam adeptus sit: vt & i-  
p̄ium triticū etiā lentoris quiddā & obstruentis  
naturæ in se cōtinet, sitq; calidū primi ordinis, in

siccō verò & humido temperatum, & propter ea dulce, pingue & viscosum. Maltum verò seu polenta eiusdem naturę censeatur: nisi quod intensioris paulò sit qualitatis, magisque siccā: certè necessario cōsequitur, vt eadem etiam natura, ipse quoque tremor imbuatur, acquiratque partes aēreas, aqueas, commixtas: vt ipsa visciditas manifeste id indicare videtur: ob quam etiam vim lubricam adeptus est. Si quis enim illum cremorem bibat, non secus ac mistum alium lubricat & conturbat: quoniam illud quoque viscidum est, & omnia quae lubricant, viscidā sunt. Quae autem ita viscidā sunt, aēream substantiam cum aqua plurimū esse commixtam indicant. Talis autem natura & mistio, neq; durare diutius, neque usui commoda esse posset. Facillimè enim putredini & corruptioni obnoxia est: ac potissimum situm & acorem contrahit. Calore enim & partibus aereis euaporatis, ac relictis solis terrestribus à calore non euictis, sed à frigore iam superatis, continuò tremorem aescere necesse est. Quare ut illi defectui & naturae corruptioni obnoxiæ utiliter occurri possit, prudēter profecto & eruditè cogitatum est de admixtione lupuli: cuius ope vtraque ea natura (puta aerea & aqua) in ipso cremore permixta arctius interueniente eiusmodi medio, veluti glutine quodam custodiretur, teneaturque, neque facile leui aliqua intemperie partes substantię in ea mistione separantur, vniuersumque mistum corrumperetur, aut saltē muco-

mucorem aut acorem contraheret. Deinde ideo etiam adiicitur lupulus, vt amaritudine sua contemperaret tremorem polentaceum, ipsiusque vim flatulentam, quæ est in ipsa visciditate, attenuaret: adeoque saporis conciliandi gratia, vt & succulentior salubriorque potus fieret. Postremò, vt aliquā acquireret vim abstergendi, abluerendi, & penetrandi. Etsi autem ea vis in plerisque Cereuisiis admodum exigua deprehendatur, ob paucam lupuli admixtionem, & aquæ copiam, quæ vires polentæ & lupuli nimium obtundit: tamen nos hic non de erroribus & vitiis, quæ circa cōfectionem Cereuisiæ, siue studiose, siue ex negligentia, aut lapsu quodam accidunt, agemus, sed de vera & genuina huius potus præparatione: quæ vbi adfuerit, tam vim illi ob admixtionem lupuli inesse oportet, quam modò diximus. Quamobrem accessoria illa vitia, quomodo cumq; contracta, à nostra Cereuisia longè abesse volumus, lupulum ab ea nunquam excludentes: vt quem velutianimam & endelechiām ipsius statuamus. Fit tamen, vt audio, in Anglia Cereuisia absque adiectione lupuli, qua moliores Anglorum utūtur. *Allam* appellant vulgari sermone, de qua plura scribemus cap. XII.

*Decausis permissionis facum Cereuisiarum. CAP. X.*

**R**ESTAT, vt etiam exponamus causas permissionis facum Cereuisiarum. Dicatum

C

est supra, affusione fecum Cereuisia veluti plan-  
tari: quod ut ritè perspiciatur, duo potissimum  
hic spectari solent: debita videlicet fæcum seu  
crassamentorum mēsura, & tempus, quod plu-  
rimum in hoc negocio valet; nimirum, ut tum  
affundantur, quando ipsa Cereuisia iustum ad-  
huc teponem retinet, nec sit nimium calida, nec  
frigore veluti emortua. Nam cùm fæces (qua  
etiam calidæ sunt; ut amaritudo indicat) fermenta-  
tionis & feruoris causa adiificantur, fermenta-  
tio illa & feruor nequaquam perfici posset, si ha  
vel in refrigeratam Cereuisiam, vel in feruen-  
tem, aut nimium calidam infunderentur: ut po-  
te quæ vtroq; calore suo, actuali videlicet & po-  
tentiali, quem habet à lupulo, caliditatē fæcum  
superaret. Sic autem fit illa ebullitio. Fæces  
sunt substantiæ aëreæ, lentæ, viscidæ; quia verò  
amaræ, iudicant inesse illis partes quædam ter-  
reas magis adustas. Aëream dico ad differētiā  
illarum, quæ post completum feruorem subli-  
dunt in fundo vasis, & terreæ crassæq; sunt. Ha-  
bent enim in se partes aëreas & aqueas à calido  
commixtas contemperataeque; ut ostendit len-  
tor ille & visciditas. Cereuisia verò est naturæ  
aqueæ, minus lentoris in se habens. Vtrisq; his  
substantiis permixtis, quarum illæ aëream, hæc  
aqueam naturam sequuntur, fæces, quæ sunt aë-  
reæ, sursum ferri nituntur: Cereuisia, quæ est a  
quea & grauis, inferna petit; hisq; diuersis mo-  
tibus vniuersum Cereuisiæ corpus commoue-  
tur, agitatur, fermentatur, & efferuescit; omnisq;  
sordi-

fordinies, quæ illi inest, per superius vasis orificium foras eiicitur; quicquid verò est crassiorum fæcum, magisque terrestrium, id ad fundum vasis depellitur; & illud est veluti substratum Cereuisie, cui ipsa incubat; & ne facilè exhalet, tueretur. Sic natura ipsa adminiculo caloris & haliuum, qui vtriq; substantiæ insunt, separat partes à partibus. Porro, quoniam in illa ebullitione & spirituum agitatione ampullæ & spumæ ad parent, exque non modo Cereuisiæ superficiem occupat; verùm etiam vniuerso illius corpori insunt, illique visciditate sua tenacius adhærent, quādiu Cereuisia durat; vnde etiam, quomodo hæ gignantur, breuissimè indicadum videtur. Gignuntur autem illæ, vt Galenus author est, ex permissoione duarum substantiarum, altera aërea, altera aquæ. Ac permissoonis causa est, vel vtriusq; substantiæ, vel vnius solum violentus motus, aut vehemens calor. In mari quidem, inquit Galenus, ex violento ventorum afflato in multas & exiguae partes attrita aqua; in polentis verò præ copia caliditatis, sicut etiam in aquis, quæ subditis ignibus effervescent agitanturq; spuma generatur. Sed continēs causa spumæ hæc sola est, nimirum aërea substâlia, quæ dum aquæ adiungitur, violentissimo eam agitat motu, vt eam in partes minimas confringat disiumpatq; ab eaq; vicissim comminuatur. Fæces igitur, quas aëreas esse diximus, quando Cereuisiæ permiscentur, in ea permissoione excitatur motus quidam vehemens, qualis in mari

& fluminibus à vēto: deinde etiam calor inter-  
nus vtriusque substantiæ, is efficit, vt & fæcesi-  
psam Cereuisiæ in minimas partes atterant cō-  
minuantque, & vicissim ab ea confringantur: ex  
qua cōfractione & motu violento ampullas &  
spumas generari necesse est. Quæ quidem ali-  
quando durant cum ipsa Cereuisiæ, interdū ve-  
rò citissimè dissipantur & euaneſcūt. Cuius cau-  
ſa est ipsa fæcum & Cereuisiæ substantia. Quo  
enim crassior & glutinosior substantia Cereui-  
siæ fuerit, pariter & fæcum, eo etiam spuma du-  
rabilior fit: quod si tenuis fuerit, citò & facile  
soluitur; ſicut apparet in aqua pura & tenui. Hęc  
enim etiam ſi à calore ignis bullas & spumā ſu-  
ceperit, tamen citissimè dispereunt. Hinc fit, vt  
bonitatem & durabilitatem Cereuisiæ noſtra-  
tes homines etiam ex ipſa ſpumæ perſeueratia  
metiantur; vt pote, quæ firmiſſimum ſignum ſit  
caloris naturiſ ſufficientis, in quo aēr ille & ſpiri-  
tus, ſpumæ produciuus, continentur: actandem  
etiam ipsa Cereuisiæ manet in ſuo eſſe, expers  
omniſ corruptioniſ. Sed ſi acciderit, quod Cere-  
uiſiæ calor fuerit diminutus, & ſpiritus exhausti,  
vel exhalatione consumpti, tū Cereuisiæ fit ſub-  
tilior, & veluti aquea ſubſtatiæ reliquitur; quæ  
tandem etiam faciliuſ corruptioni fit obnoxia.

Hęc de præparatione Cereuisiæ, cauſarumq;  
circa illam conſideratione ſufficient. Pleniora  
& exactiora dabunt alij, excitati vel mea iſta ru-  
di delineatione, vel etiam erroribus in ea com-  
missis.

D eſe-

De secundariæ Cereuisiæ præparatione, rusticorum potu, (qui ex quisquiliis polentaceis post primam Cereuisiæ cocturam relictis conficitur) non est necesse, vt inaniter de ea verba profundam. Est enim eadē prorsus forma præparationis, vt primæ: neq; differt ab ea, nisi quod hæc dilutior sit; nec ita succulenta, vt illa.

*De Cereuisiarum dfferentiis.*

CAP. XI.

DIFFERENTIÆ Cereuisiarū plurimæ colligi possunt; sed non est necessarium, mininas quasque persequi: quando primas & præcipuas indicauerimus, reliquæ nullo negotio intelligi poterunt. Differunt igitur plurimū inter se materia. Nam aliæ ex solo tritico, aliæ ex solo hordeo, aliæ ex vtrisque simul certa ratione mixtis & temperatis præparantur. Differunt itē plurimū parandi ratione & coctura. Nam aliæ hoc velillo modo, breuius item aut longius tempus cocturæ exposcunt; ac quæ citè percoquuntur, minus durate solent: quæ verò diutius, durabiliores esse cōsueuerunt; nec tam facile, vt illæ, aescant corruptiunturq;. Præterea differunt conficiendi tempore; cum aliæ quoquis anni tépore; vt triticea nostra, diebus quibusvis per integrum annum parantur: aliæ, vt hordeacea, certo & delecto tempore; nimurum hyberno, & sub veris initium: quidam, vt Opauienses, semel tantum in anno, & mense

Martio suam ex hordeo conficiunt Cereuisiam, & ab eo *Martianam* vocant; qua incolæ eius Ducatus vice medicamenti utuntur, vbi se malè affectos sentiunt; & propterea medicinæ non magnus apud eos usus est. Ea Cereuisia libera-  
lius pota verè Martios efficit. Huic persimilis est Igauensis in Moraavia, & multæ aliæ, quæ in Re-  
gno Bohemiæ conficiuntur; inter quas princi-  
pem locum tenet *Zacensis*, *masculus* vocata: eò  
quod aliis collata verè masculescere videtur.  
Proximum ab hac locum sibi vendicat *Raconi-  
ensis*; inde *Slanensis*; & tertium *Rokyanensis*.  
Postremò loco reponi possunt alia, his similes,  
vbi cunque illæ parantur. Sed non est silentio  
prætereunda illa Cereuisia hordeacea, quæ o-  
lim Pragæ à Collegis domus Caroli quarti pa-  
tris patriæ meritiss. & alicubi in monasteriis &  
*Xenodochiis* veteri consuetudine parabatur, &  
*Conuentum*, (si non erro) à Cœnobiis & Colle-  
giis nomine tracto, vocabatur; neque ita diu est,  
ex quo usus illius rarer esse cœpit: imò iam pro-  
pemodum nomen cū re periisse videtur ob an-  
nonæ, lupuli, lignorum, & rerum penè omnium  
summam difficultatem; quæ, collatione facta  
huius temporis ad superiora, decupli, ne quid  
dicam amplius, precium excedunt. Hinc sit, vt  
huius quoque Cereuisiæ usus propemodum in-  
terciderit: sicuti verò paratur, plurimum à pri-  
stina illa Cereuisiarum bonitate salubritate que-  
receditur degeneraturq;: ac sit, vt potius ad pa-  
nificia, quam ad Cereuisiæ cocturam frumentum

con-

conuertant homines. Postremò differunt Ceruisiae plurimum inter se consistentia, sapore, colore, odore, & tate, viribus seu facultatibus. Consistentia quidem, quia aliæ aliis crassiores sunt, tenuiores aliæ: illæ diutius in corpore hærent, hæ verò facile permeant. Mediocris substantia omnia, etiam mediocria præstant. Color, qui à substantia nunquam auellendus est, is omnibus Ceruisiis est spiceus vel subspiceus, rufus aut subrufus. Sed vulgus diuidit Ceruisias in albas & nigras; licet nullæ verè iis tingantur coloribus. A calbas vocant triticeas; quæ colore sunt spiceo, aut subspiceo, & tenuiores: nigras, hordeaceas; quæ potius rufescunt crassæque sunt. Istos verò colores contrahunt à frumento, lupulo, atque etiam coctura, secundum quod miscentur plus vel minus, diutiusque coquuntur: ita etiam colores Ceruisiarum fiunt dilutoris, aut tinctioris coloris. Sapor Ceruisiarum est aut dulcis, seu subdulcis, aut amarus, seu subamarus: ac triticeæ omnes dulcescunt: hordeaceæ verò aut sunt amaræ, aut saltem amatescunt, prout plus vel minus recipiant lupuli. Nam amaror ille à lupulo contrahitur. Odorem videntur habere cōmūnem, nec ingratum, quem fere ipsum maltum, seu polenta spirant, cū lupuli odore permixto. Ætate differunt Ceruisiae; aliæ enim sunt recentes, aliæ vetustæ. Denique viribus & facultatibus à se inuicē plurimum dissident: aliæ enim inflant, oppilant, ventriculograues sunt, colicas, nephritides, dissurias &

strangurias concitant : aliæ roborant, nutriunt, abstergent, facileque permeant. Sed de viribus & facultatibus Ceruiliarum plenius capite sequenti sermonem instituemus.

*De viribus & facultatibus Ceruiliarum  
in genere. CAP. XII.*

**R**ESTA T, ut ex his, quæ hactenus dicta sunt, vires & facultates Ceruiliæ æstimemus ; & an hę, quas veteres illi tribuerunt, huic nostrę conueniant, excutiamus. Veteres passim omnes noxiū esse potum, & multū insalubrem prodiderunt : fortasse, quod magis fructu vitis, quam colamine Cereali delectarentur. Hos sequi recentiores, eadem pronunciarunt : ut appareat, eos antecessorum suorum sententiam maluisse amplecti, quam propria indagine rem excutere diligentius. quoniam nec veterū, nec recētiorum quispiam plenam & integrā huius potus parādi rationē scripto prodidit. Quod cùm ab ipsis prætermissum esse videamus, qua cunque tandem id causa, suspecta, necesse est, vt sint omnia illa, quæ de hoc potu ab ipsis prodita sunt. Sed excutiamus veterum de eo tradita, initio facto à Dioscoride ; cuius hæc sunt verba : *Ex hordeo potus fit, cui Zytha nomen est : is vrinam cit, renes & neruostentat, membranis cerebrū vestientibus officit, inflationem patit, vitiosum succum creat, elephantiasin gignit.* Eadem fere etiam de alio potus genere, quem *Curmi* vocat,

scribit: nimirum, quod dolorem capit is cōmo-  
ueat, malum succum gignat, nemisque noceat.  
Galenus verò lib. 6 de simpl. med. facult. Diōs-  
coridem secutus eadē ferè profert in hæc ver-  
ba: *Zythus acrior est non parum hordeo, & succi  
prauis, ut pote, qui ex putredine proueniat: est &*  
flatuofus; tum partim acris est & calidus, parte  
verò plurima frigidus, aqueus, acidus. Sic etiam  
P. Ægineta lib. 7 hæc habet: *Zythum, quam Cer-  
visiam vocant, compositam substantiam habet:  
nā & acris est, velut ex putredine factus, & frigi-  
dus ex acida qualitate: quare etiam mali humo-  
ris.* Theophrastus his antiquior lib. 6 de caus.  
plant. cap. 15 dicit, Vinum ex hordeo triticōve  
confectum, aut quod Zythum Ægyptus appelle-  
rat, ex dimotione à propria natura, leuique pu-  
trefactione fieri. Iam an hæc testimonia nostræ  
Ceruisiæ rectè tribui possint, alij expendant ve-  
lim. Ego, siquidem scriptores illi, quos adduxi,  
ex putredine potum illum fieri testantur, eas vi-  
res non negauerim inesse illorum Zytho: at vt  
nostræ Ceruisiæ attribui possint, nunquā con-  
cessero. Non enim ex putrescente fruge, neque  
ex nuda maceratione, sed ex frumento in polen-  
tam antè præparato, & in crassiorem farinam  
commolito, ac deinceps optimè excocto, & lu-  
pulo temperato confecta est; vt prolixè satis à  
nobis expositum, firmisque rationibus cōmu-  
nitum est. vt inde omnibus clarū & perspicuum  
fiat, nostram Ceruisiam à Zytho veterum toto  
propemodum genere diuersam esse, neque vl-

Iam habere conuenientiam. Inconsideratè igitur faciunt, qui vires & facultates Zythi veterum nostræ Ceruifiaæ attribuunt, ac violenter attrahunt: imò ipsi veritati magnopere fuit iniurij. Si quis aquæ hordeaceæ vires tribueret Cremori ptisanæ in iure pulli excocto, ilum certè rei Medicæ ignarum diceremus. Minus rectè etiam iudicare dico, quòd nostram Ceruifiam, quæ admodum Zythū, ex putredine fieri existimant: quasi polentæ illa præparatio idem sit, quod putrefactio. Quod haud scio, an concedi possit, si naturam putrefactionis exactè examinare velimus. Dixerim ego alterationem potius, aut sotiarum in grano virium excitationem. Manet enim subiectum, non corruptitur. Sed esto; fuerit leuis quædam frumenti putrefactio, aut modus, seu via ad putredinem, quomodo Medici accipere consueuerunt, cum dicunt; febres ex humorum putredine accendi, cum nondum putredo sit, sed fiat: non tamen necessario inde sequi videtur; cocta ex eo Ceruifiam praui succi esse. An non ipsum granum frumenti terræ mandatum, & initio putrefactum corruptumque, alia & quæ laudabilia, & præstantia producitur. Similiter, si quis polentæ veteris confectionem cōsiderauerit, an non illius etiam quædam putrefactio esse videtur: nullus tamen veterum eam ob rem polentam praui succi esse dicere ausus est. Quid, quod neque ptisana tantopere celebrata ab autoribus, & multa alia vindicare se poterunt ab ea aspergine;

gine; vt quam ante vsum primo quodam modo alterari vel computrescere necesse est. Sed & in confectione panis fermentatio ipsa quid aliud est, quām putrefactio quādam? & tamen interuentu eius laudatissimus panis conficitur. Fermentantur quoq; res calore solis, aut ignis, aut fimi equini; vt melior deinceps partium fieret separatio per destillationem. Item putreficunt res destillandæ quādam initio, ac demum destillantur; vt id, quod optimum intus latet, foras euocetur, partesq; inutiles ab utilibus segregentur. Quare etiā Ceruisia ex putrefacto frumento cōficeretur; non tamen propterea illā prauī succi esse diceremus. Tribuantur vires & facultates illæ illaudatæ veterum Zytha, non modernæ nostræ Ceruisiæ; cuius cōfectio longè alia est à cōfectione Zythi; propterea etiam vires & facultates aliae & diuersæ. Sed vt expeditius de viribus & facultatib. illius iudicare queamus, initio temperamentum Ceruisiæ exutiamus, semper & vbique ad duo illa principia, à quibus demonstratio omnis ac fides rerum petit consuevit, respicientes, hoc est, sensum & experientiam, & evidentem notionem. Etsi enim Hipp. in volumine populariter grassantiū morborum scripserit: escas potusque experientia examinari oportere: tamen Galenus in expenditis naturis vbique rationis iustum trutinam adhiberi vult. Hinc est, quod in lib. 1 de alimēt. facult. scripserit, eam cognitionem longo tempore, cùm ex certa definitaque experientia, tum

ex odorum saporumque naturis, quæ examinatis rebus insunt: adhæc consistentia, quam & glutinosam & laxam aut densam, & leuem aut grauem esse contingit, vix demum ritè percipi ac consummari. Iudicaturi igitur de viribus & facultatibus Ceruisiæ, an nutrit, purget, discutiat, abstergat, prouocet vrinam; quæ omnia à primis qualitatibus proueniunt, puta caliditate, frigiditate, humiditate & siccitate: de illis primo, quænam illarum nostræ Ceruisiæ insint, dicendum est. Ad hoc verò pronunciandum solum gustum tanquam summum ea in re magistrum accersemus, ipsumque ducem sequemur: ut qui non modo temperamentum, sed & reliquas vires, quas vocant secundas & tertias, nobis patefaciat. Dulcedo igitur illa, (loquimur nunc de triticeis Ceruisiis, quas albas vocant) qualis in ipsa Ceruisia sentitur, non est mellea, sed obscurior obtusiorque multò ob multum humidum aqueum admixtum. Deinde lensor & visciditas indicat moderatum calorem illi insere. Præterea, quoniam Ceruisia res est mixta ex tribus substantiis, sequetur ipsa quoque qualitates & naturam earum rerum, quæ in commixtionem veniunt. Est autem materia Ceruisiæ aqua, frumentum, seu polēta, & lupi salictarij flores. Singulorum differentias non explicabo, quoniam suis locis explicata sunt. Ac, quod ad aquæ delectum, alia est tenuior, mollior, durior, crassior: vnde etiam aliâs tenuiorem magisque penetrantem, aliâs pleniorem, crassiorem, glutinosio-

tinosioremque Ceruisiam gignit. Illud in confessio est, & ab omnibus comprobatum, aquæ simplicis naturâ esse frigidam & humidam: hîc tamen propter decoctionem attenuata magis, leuiorque sit, adeoque minus frigida; vt quæ igneum quandam in se vim conceperit; immo neque pristinam suavitatem retinet, & ignis vi immutata à sua natura degenerauit. Polenta seu maltum triticeum etiam calefacit amplius supra naturalem temperiem tritici ob tostionem; & resiccabit moderatè. Sed hordeaceum maltum triticeo minus calidum est; cum alioqui ipsum hordeum sit frigidū & siccum, ac ob tostionem paululum quiddam caloris seu empyreumatis acquirat: ac siccitas in ipso auctior erit; & ideo etiam maiori deteriora vi præditum. Lupuli flores sunt calidi & siccii in secundo ordine, & vim habent aperiendi, detergendi, vrinas mouendi; etiam caput tentant. Hæ sunt qualitates & naturæ trium substantiarū, quibus Ceruisia pro varia illarum permisiōne, & parandi ratione imbuitur. Addo etiam permisiōnem fæcum; quarum naturam aëream supra esse diximus. Quare hinc iam facilè elucescir, omnes Ceruisias in genere esse calidas, & humidas. Sed si ad inuicem cōparentur, pleræque ab hoc gradu vel deficere, vel eundem superare possunt: ac in passiuis qualitatibus etiā magis siccate quam humectare; quemadmodum etiam de natura vinorum iudicare solemus. Nam in earundem præparatione, neque mali ad aquam, itemque

lupuli, ut supra meminimus, eadem vbique ratiō seruatur; neque idem cocturæ modus. Vnde fit, ut Ceruīsiæ, quæ plus mali, minus lupuli admiserunt, dulciores fiant alii: quib. autem plus lupuli adiicitur, amariiores fiant, caputq; magis tentent. Ex tritico passim omnes in vniuersum dulcescunt, & albescunt: ex hordeo amarescūt, crassioresq; fiunt. Postremò hinc etiam liquet, Ceruīsiam nostram eiusmodi esse temperamenti, quale iam diximus: quoniam bibita nec refrigerat, nec sitim sedat, ac foris admota mirificè dolores lenit, inflammationes mitigat, & ad lassitudines etiam mirè conductit, si ea calida foueantur partes. Constat autem ea omnia, quæ hisce facultatibus prædicta sunt, *ad suā, ratiōnē, & uerō vocari*; esseque primo vel se- cundo ordine calida, tenuisq; substantiæ, deniq; ita téperata, ut familiaritate elementorum cor- pori nostro consentiant. Nam quia dolorem se- dant, causam illius æquabilem reddunt; téperiem demulcēt, corporis substantiā fouent: ea omnia moderato calore suo ut præstet, necesse est: qua- liasunt *Malua, Althea, Chamomilla, Mellilotus,* semen *Lini, &c.*: quib. iure nostra Ceruīsia alba adnumerari potest. Earū, quæ meraciores sunt, calidiores celerentur, sanguinem viscidiorē, lenti- orem, pinguiorēq; gignunt; sunt boni succi, & multum nutriunt: præsertim quādo ex optimis frugib. parantur beneque decoquuntur. Illa ve- rò facultas nutriendi è lolo tritico proficiscitur. Ac quod nutrient, huius euident signū apparet in vtri-

in vtriusque sexus hominib. Plurimi enim ex al-  
fiduo Ceruisia, præsertim meracioris, vsu, cuius-  
modi est è triticis *Reginohradecensis* in Bohemia,  
antea emaciati impinguantur. Hæc inter omnes  
triticeas verè Reginā dixeris. Est enim ea boni-  
tate prædita, quā hactenus æmulari satagētibus  
multis nulli est datum: cū sape ex eadē vrbe &  
polentam, & aquā, & ipsos Zythepsos euocaue-  
rint. In feminis nutricibus eidētius ea facultas  
nutriendi perspicitur: quod copiosissimè celer-  
rimeque illis lac suppeditent. Constat autē, quæ  
lac proritant, ea calida & humida censeri: sicuti,  
quæ idem extingunt, calida & sicca: & quæ ge-  
nerationem illius prohibent, refrigeratia & de-  
siccantia statuūt. Hordeaceæ, præsertim me-  
raciores illæ (quales sunt in Bohemia *Raconi-*  
*censis*, *Zacensis*, *Slanensis*, itē *Swidnicensis* è Sile-  
sia) in hac facultate triticeas superare vidētur: ut  
quæ multo celerius id præstent; & propterea à  
nutricib. mitificè expetuntur. Hę enim, vbi illis  
defuerit lac in mamillis, factō haustu illius Cer-  
uisia, & pauculo somno capto, subito illarū lage-  
nulae, lactis cōceptacula, lacte turgescunt: præter  
hæc facultatē etiā vrinā & Mēses prouocant. Mi-  
rati verò meritò q̄s posset, vnde hordeaceis Cer-  
uisis rā prompta nutriēdi facultas, triticeis non  
itē: cūm tamē triticū nutriēdi facultate superet  
ipsum hordeū, ac illud statuatur calefacere, hoc  
refrigerare. Vnde etiam triticeas magis debuisse  
pollere calefaciēdi vi, hordeaceas verò refrige-  
rare. At huius nos cōtrariū videmus in omnibus.

ferè hordeaceis Ceruisiis, vt quæ multò citius  
inebriant triticeis. Verùm desinet existimo, mi-  
rari, si ad utriusque Ceruisiae præparationis ra-  
tionem oculos & mentem conuerterit, consi-  
deraueritque, etiam in hordeo esse aliquē suc-  
cum alimentarium; qui partium solidarū sub-  
stantiam implere, alere & augere possit. Quod  
verò idipsum minus sentiatur in triticea Cerui-  
sia, ideo accidit, quod nimis diluta conficiatur: si  
meracior fieret, recteq; excoqueretur, nullum  
esset dubium, quin abundatius nutritur: quem-  
admodū idipsum luculenter videre licet in Re-  
ginohtadecensi Ceruisia, & quæ huic persimi-  
les sunt. Sunt etiā hordeaceæ dulces Ceruisia;  
quales in vrbe Praga fiunt; hæ ob nimiam, & fa-  
& viscidam, non possunt in eo bonitatis gradu  
cum aliis iam memoratis consistere. Nam quan-  
uis illæ quoque nutriant; tamē crassum succum  
gignunt, obstrukiones viscerum patiunt, gra-  
ues sunt ventriculo, pectori; sunt suffocatiuæ,  
calculorum generatiuæ, & admodum corpori-  
bus infestæ, nō secus ac crudæ Ceruisiae, hoc est,  
non benè percoctæ, aut quæ aliquod in præpa-  
ratione vitium acceperunt; vt quæ obstruc-  
tiones pariunt, flatus generat in ventre & præcor-  
diis, ibique hærent, & agrè transfunt, non ape-  
riunt, non abstergunt, neque ullam euacuatio-  
nem promouent: sed neque sicut sedant: vn-  
de Colicæ, Calculi & arenulae pullulant. Eadem  
incommoda & vitia concitat etiam recés Cer-  
uisia,

uisia, & non benè defecata, non secus ac *Mu-*  
*stum.* Nam ventrem distendit, conturbat, dolores  
 intestinorum, calculi, nephritim, dysfuria-  
 riā stranguriamque gignit. Et sicut mustum,  
 antequā deferuerunt, est frigidum: (quod ostendit  
 crassities humorum, flatus, obstruktiones; &  
 quod corpus post usum illius non excalfaciat)  
 ita etiā de Ceruisia recenti & non defecata cen-  
 sendum est. Hic obiter notandum, quod et-  
 iam, quæ frigida sunt, dulcia sunt: sicut etiā sunt  
 Cucumerum genera; quæ *Melones* vulgo vo-  
 cantur. Porro Ceruisia, quæ iam acorem con-  
 cepit, corruptaque est, admodum noxia est ner-  
 vis, renibus & ventriculo; deniq; virtiosum suc-  
 cum gignit. Aescunt autem Ceruisia vel vetu-  
 state, vel insufficienti coctura, vel pauca lupuli  
 admixtione. Corrumptuntur etiam facilimè &  
 acorem cōtrahunt æstiuis diebus, niū hę in pro-  
 fundissimis & frigidissimis cellariis aſſetuentur.  
 Nam ab aere calido ambiente resoluto nativo  
 calore Cereuisia facile aescunt. Illud vero  
 mirabile videtur, & non nisi forte ad *annas*  
 quandam referendum, quod rosarum fragran-  
 tem odorem auerſetur triticea Ceruisia. Haec  
 enim in Cellarium repositæ, aut si saltē pincer-  
 na coronata ferto rosaceo illud fuerit ingressa,  
 illico peruerſūtur & aescunt. Tenuiores Cer-  
 uisia tantò citius digeruntur, minusque nutri-  
 menti adferunt: & si amarescunt, minus nutri-  
 unt, sed abstergendi facultate pollent ob ama-  
 ritudinem & tenuitatem substituunt: abliunt ob

aqua copiam; & lubricant ob visciditatem; & maximè per vias vrinæ transeunt. Quoniam autem Angli quoque Ceruisia suo modo parata vtuntur, quid de ea censuerit Brudus Lusitanus, vir doctus, placuit huic loco subiectere. Is igitur in libello de ratione victus in febris ad Anglos hæc verba scriptum reliquit: *Potus, quo communiter Angli utuntur, multiplex est; nempe vehemens, medius & imbecillior. Discrimen inter hos penes vehementiam & imbecillitatem, calcinationem & refrigerationem, & penes substantia crassitatem & tenuitatem habetur.* Apud Anglos triplex semper paratur potus; nempe aquosus, quem simpliciter Ceruisiam dicunt; medius, quem trihapenninam; potens, quem duplam Ceruisiam nuncupant. Simplex eosdem efficitus præstat, quos vinum aquosum: aperit siquidem, refrigerat & distributionem adiuuat. Nec decipiatur aliquis credens, ob eius amaritudinē calfacere: partes enim, quæ Ceruisiam amaram reddunt, paucæ admodum sunt, si ad reliquias conferas, quæ in ipsa refrigerant. *Quod colligere ex ratione lupulorum poteris ad aquæ & hordei portiones.* Citò præterea amaritudo à Ceruisia euanebit: reliquarum vero partiū facultas tamdiu permanet, donec in aliam transmutetur substantiam. Potens Ceruisia, quā duplīcē dicunt, potenter calefacit; & aliquid habet vehementiæ, vt potens vinum. Trihapennina, mediæ naturæ est; manifestè calefacit, in nullo tamen vehemens est. Meminit adhuc *Brudus*

Brudus eodem loco alterius Ceruisiæ, quam molliores Anglorum vti cōsueuerunt: *allam* vocari dicit vulgari sermone. Mihi relatum est, hāc planè carere lupulo: quare etiā minus laudata esse potest. Ac ille idem Brudus dicit, eam esse vltra modum inflatiuā; nullā ex ea febricitantes vtilitatem capere: neque enim refrigerare, neque aperire, neque vllam promouere euacuationē, neque sūtim sedare posse. Corruptioni præterea aptissimum esse potum, ac vicinos ad similem affectum disponere chymos. Eius insuper substantiam ni mis promptā esse, vt inflatuosos soluatūr halitus. Qua de causa capiti & neruis incomodum esse. Materiam insuper obstrūctionum esse: vnde iecinori & lieni inimicum esse. In summa nemini amicam illā Ceruisiām esse, nisi Veneti. Ab his tamē, qui eo potu vñi sunt in bona valetudine, dimittendū per agritudinem non esse, suadet idem Brudus. Porrò omnes Ceruisiæ largius potatæ caput crassis halibus replent: sed non omnibus æquali, vt ita dicam, lance. Nam hic etiam, vt aliâs semper, ætatis, naturæ, temporis, loci seu regionis, & vitæ rationis consuetudinisque habenda est ratio: atque hic quoque ad præsentem speculationem summè videtur necessarium hominū & poculentorum temperamenta cōsiderare. Nam vt paucula solum commenorem, ipsa etiam experientia doctrice. Qui imbecillo sunt ventriculo, his bibitio Ceruisiæ plus nocet aliis. Nam illum aggrauat, phlegmata & salicisimum concitat, flatibus

distendit; & si venter deiectioni non est accom-  
modus, hæret in præcordiis, nec ad expulsionem  
quicquam confert: rursus quibus venter est fa-  
cilius, & ventriculus validus, hi nihil eorum in-  
commodorum persentisunt. Ac, ut summatim  
dicam, naturis validis & robustis (quales sunt in-  
colæ ferè à parallelo xvii usq; ad ipsum septen-  
trionem) commodior, utilior, & salubrior est,  
quàm mollibus illis & nimium delicatis, quiet-  
iam ad leuem auræ afflatum subito immutan-  
tur. Rite itaque paratus hic potus est saluber-  
rimus, optimique alimenti; spiritum nostrum  
roborat & excitat, animumque exhilarat & co-  
firmat, non incommodat neruis, non apople-  
xiā, non paraplexiam, & quæ Græcè *κάρπης* &  
*καρυαλία* vocamus; non neruorum resolutiones,  
non comitiales, & cōnulsiones ac tetanos, non  
arthritim, quæ omnia potum vini comitantur,  
concitat. Hinc sit, ut paucos admodum, quibus  
hic potus est familiaris, his morbis obnoxios es-  
se videoas. Videmus omnes eas nationes, quæ  
hoc potu utuntur, ut sunt Angli, Sueci, Dani, Sa-  
xones, Germaniæ multo maxima pars, Bohe-  
mia, Silesia, Polonia, totaque Sarmatia, non mi-  
nus esse vitales & animosos, quàm alios, qui vi-  
no & melle utuntur. Sunt etiam pulcherrimi,  
saluberrimi, robustissimique: &c, ut summatim  
dicam, omnibus ætatis & sexui potus est uti-  
lissimus; quod vino minimè conuenit. Quid e-  
num Plato 2 de legibus & Galenus lib. i de tuer-  
da valetudine de vini usu & natura scripsierint,  
notis-

notissimum est: quando pueris usum vini prohibet ad usque duodeuigesimum annum. Si illis ratio parandæ nostræ Ceruisiae constitisset, nullum est dubium, quod eam pueris & iuuenili ætati concessissent, & omni alij aquæ coctæ prætulissent. Romani etiam, apud quos feminis capitale erat vinū bibere, lege sanxissent sine dubio, ut illorum feminæ Cereuisiæ biberent.

*De Ceruisiis facticiis seu conditis.*

CAP. XIII.

**V**E M A D M O D U M vina condiuntur herbis vel aromatis: ita etiam Ceruisia. Forma condiendi ut in vinis, duplex est. Nam aut cum ipsa Ceruisia coctura incoquuntur simul aliquot herbule, ut absinthium, caryophylaca, pulegium, baccæ Lauri, Pimpinella: aut postquam iam percocta est, in vasaque infusa, inicitur vas nodulus ex herbis, radicibus & aromatis: cuiusmodi est sequens puluis, qui & saporis gratiam conciliat, simulque ad bonâ corporis valetudinem facit. Sumitur Zingiberis, Cinnamomi, singulorum drachmæ duæ; radicum Iridis Illyricæ, Calami aromatici, baccarum Lauri, singulorū drachma una: Maceris, Caryophyllorū; Nucis moschatæ, singulorum drachma dimidia: contunduntur in puluerem, ac puluis in raro linteolo colligatus in vas conicitur. Alij conficiunt tragea grossam ex Calamo aromatico, Zedoaria, Caryophyllis & baccis Lauri.

Sed hæc ad cuiusque palatum facile accommo-  
dari possunt.

*Deis que ex Ceruisia parantur.*

CAP. XIII.

**P**ARANTVR primò varia eduliorum gene-  
ra: in primis verò usitatissimus est nobis Bo-  
hemis, familiarequé ientaculum tam puc-  
rorum quām adulterū, cibus ex Ceruisia, iuscum  
cum vitello oui & paucō butyro: ad quam  
ré triticea accōmodatior est, quām hordeacea.

Conficitur etiā puls ex Ceruisia, addito pane  
in crassiorem farinam redacto cū pauculo bu-  
tyro.

Sunt qui Ceruisiam calefactā Zingibere aut  
pipere conditā mane bibunt; præsertim egrē-  
suri domo aut iter ingressū; vētriculum enim  
mirificè corroborant.

Defessis ex itinere calida Ceruisia cum buty-  
ro pedes ablui iubent: ac id etiam equis adhi-  
bent vesperi, vbi in diuersorium venerint, & die  
crastino sentiunt agiliores & expeditiores fieri.

Fit etiam acetum ex Ceruisia, sed non ita a-  
cre & gratum, vt vini acetum, necita potés, nec  
adeo tenuium partium.

Postremò omnium ex fæcibus seu crassamē-  
tis, in fundo vasis relictis vinum ardens confici-  
tur à certis hominibus, qui solo eo artificio vi-  
etum querunt, & rem non contemnendam fa-  
ciunt. Nam plaustris in Saxoniam usque deuc-  
hitur.

hitur. Nuper admodum nobiliores feminæ apud nos allectæ lucro (quod sordidis hominib. suave esse consueuit ex re qualibet) adiecerunt animum ad illud vinum conficiendum, eripueruntque rationem victus inferioris conditionis hominibus, quorum propriū fuit inde victimum quærere. Hoc vinum ardens venditant suis subditis propolis publicè propinandum. Ita autem illud plebs illa rusticana cum tosto pane, aut foliis saluiæ vice ientaculi pitifat, ut plurimi bene poti domum redeant.

F I N I S.

1012572

OCN 43154543

xact ipse in euiglio Veniam  
ad ante ostium et pulsato et  
sarebit in tralo et cenalo cū  
s clat ante ostium pectoris nū  
ut considerat aperianus ei In  
hō iohis et hospes nū ē et co  
ra et in nobis habitat Et  
sicut Cui ē glā in sc̄la sc̄loz  
lai

landichū habet ut significet  
d der eū psalmū fuisse canticū  
nasaphi psalm⁹ in ueteris ex  
s sō balle⁹

ar Oce mea ad dñm clama  
et in voce mea ad dñm et in  
op dedit nichil

in **I**n die tribulacionis  
uijsiuī. Vide te quoniam in  
ale et dñm et dñm deponitur  
ipsius est dñs. Oce mea ad dñ  
s tunc autem ne gr̄ uices

6392-15.

maius plumbis clamaui.  
et ad moysen Quid clama  
certe non est scriptum ibi quia  
ses ad dominum Sed quoniam cor  
abla puerum et cor eius clamau  
dum quod clamatis ad me Iustus  
in ieremias non siluit pupillam  
i. Videte ergo quod ex pupilla  
est. sed quoque sanctus puerum  
coquimus clamamus ad dominum  
nocte contra contra deum id est  
noctibus et tollite manus vestras  
benedicite dominum In nocte in  
tenebris cum aliis ad uicium  
opera mea ad te solum leuis  
deceptus. Domine sic clamau  
ui non sum deceptus. Duplex hic  
autem coelectus sum quod uolent  
non sum deceptus ab insidiosis  
me arrire cupiendar In die  
solus

12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

